

EROTEMATA

Quæ est quarta?

Si numerus inferior est maior superiori, vnitas significans decem sumatur à proximo caractere, & numero, à quo subtractio fieri non potuit, addatur, atq; ex eorum summa fiat subtractio, hoc modo:

$$\begin{array}{r} 3 \\ 3646 \\ 1567 \end{array}$$

Hic dico, 7 à 6 subtrahere non possum: sumo igitur vnitatem à 4, & appono 6. fiuntq; 16. scriptis 3 supra 4, confossis 4 & dico, 7 subtractis à 16, manent 9. quæ scribo sub 7: & pergens dico, 6 à 3 subtrahere non possum, demo igitur vnitatem à sex, & addo 3. fiuntq; 13, ac scribo 5 supra 6. confossis 6. atq; dico 6 subtractis à 13. remanent 7. quæ scribo sub 6. & pergens dico, 5 subtractis à 5. remanet nihil, scribo igitur 0 sub 5: postremo dico, vno subtracto à 3. remanent 2, quæ scribo sub 1. hoc modo:

$$\begin{array}{r} 5 \quad 13 \\ 3 \quad 6 \quad 4 \quad 16 \quad 1 \\ 1 \quad 5 \quad 6 \quad 7 \quad \times \\ \hline 2 \quad 0 \quad 7 \quad 9 \quad 1 \end{array}$$

Quæ est quinta?

Si proximus aut etiam sequens character superior 0 fuerit, vnitas decem significans, sumatur à proximo

B

xim